ra **D**z sis o dñā: gēs ista libidine feruēs **F**e
dis vigeſt stimul⁹. si ſciuerit vxor **D**z mea sis
mibi qd nīſi mors o virgo pat⁹. **A**qz pudici
cie tibi diſcrimē. pharaonis **D**ucet ad aspe
ctū mor te man⁹ improba ſerui **S**ozs indi
gna nimis. nos o tibi qd faciem⁹ **B**lāde pu
er z fugimus neu te vnum perdat herodes
Deserimus dulcē qz lareſ charoſqz ppinqz
Ecce qz irruim⁹ in tara picula ſoli **I**gnori at
qz inopes: lingue ignari: dē alme **N**obis qd
facere voluisti: qſo maria **F**ilia dic mea sis.
hoc etas credere vez **S**uadebit: reliquū au
xilio cōmitto ſupno. **I**ure qd dē dilecte ioseph
nobis ita ſemp **S**perādū: ſicca lacrimas: tre
pid⁹ pauoz abſit **V**irgo refert. nōne memo
ri nos mente tenem⁹ **A**tatis pſce miracula:
qualit abram: **Q**ualiter z ſarā dñs ſaluauit
z auxit. **E**st oportuno ptecor tpe ſūmus zc.
Et. j. **P**lurim⁹ hīnc aditu exploratoz quoli
bet aſtat **I**nuigilans: gentēqz locūqz reqſere
ſolers **H**ū pūerrare ſuos aliqz vult advena
ſines **S**cire volens vbi nā ego peperisse re
ferſ zc. **P**one metū dñā: dixit cui copia fan
di **P**rima fuit: faciē reg⁹ viſura: beatā **T**e re
puta: tū dic qua regiōe veniſti. **O** bone vir
pūnx ne tua hec vel filia fare. **Q**uis pat⁹ in
fantis: qz formoſiſſim⁹ alto **S**anguine ſe na
tū vult⁹ ſplendore fateſ. **P**auca ioseph gra
qz refert doctiſſim⁹ heros. **N**obis mēphitici
nullas impēdere dignas **S**ufficiū⁹ grates
quoz dignatio tantū **P**andit in occurſu p
mo ſolamē opēqz **I**ſrl a terra nos ſors iſta
coegit **H**as ozas petere: infelix quā cernitis
hui⁹ **I**nfantis mater mibi filia ſola relicta ē
Nāqz pater pueri reſidet regiōe remota. **S**a
ma loquax aulā regis cito garrula totā **E**gy
pti iplēuit celebri veniſſe puellā **U**rlx hiero
ſolyma cui⁹ decoz atqz venuſtas **T**āta erat vt
nīl vltra cet⁹ clāmitat oīs. **E**rgo ſtatū veniat
veniāt videat adozet **R**egē: ſitqz ſuis vxozib⁹
ānumerata. **U**rbis igreſſu certati curavidē
di **L**ōglomerat pplōs. variāt hī ſbaviciſſi
Hi nū⁹ ad regē: aliq comitant eūtes. **L**ozā
qz poſiti tu ego iosephqz puerqz **P**oplicib⁹
flexis ſolidos deſertis honores. **S**it lz ido
latra: ſit flagitiōſus: in ipo **S**ol⁹ adozat dē:
a q cūcta ptās. **E**t rex cōſēplatus eos. inter
prete lingua **M**ulta petit: cauſasqz vie ſoz

Berno. I. De cōpassione Marie

re: gen^o. ortū. Si q̄ p̄ca ego p̄pissz hebreā:
Virgo filz d̄m̄sso oclō s̄bū capir heros. S̄a
deu^o sc̄isqz mouz sua sp̄s ora Rex i sempit
nū viue: sal^o tibi q̄ nos Afflictos iopes oclō
spectare benig^o Dignar^o. tua sit q̄ cōdidit oīa
merces. Est nob^o rex tell^o galilea ppago. Fer
tilis z diues fuit: i q̄ nobile regnū: Reges illi
gnes: s̄z nil mortaliū vlsqz Autū vl^o stabile ē
alienigēo d̄natū. Nūc p̄mit. dicūt. in his ora
cula varū Regē vētūz p̄scoz ex l̄guie regū
Quoz p̄cipui dō z salomō nūerant. Quos
genuere p̄es abraā isaacqz iacobqz. Hec cui
p̄dices oīi fuit hospita fra Ad sortē. s̄z rerve
nio: q̄ p̄puli istā. Et me cū puero fugitare fe
roc^o herodis Impiū: q̄ cūcta timēs desuit in
oēs. Et mō dū regnet p̄fundit falsqz nefasqz
H^o obide p̄i fiant: cedere iussit. Dāc mīsera
me dās comitē pere. molestū zc. Aufug^o no
ctu p̄ tot discrimia rex. Torvarios casus de
huc nos appulit. o rex Ergo tuū p̄scepz et
maiestat^o alylū. Regia p̄i iā demētia cepit
egenos Atqz pegrinos mīri tractare fauore
Rex fer op̄pug^o. petir hāc fācul^o iste. Aū gēi
tu petir hāc noua nupta puerpa paup^o. Nūc
nos erim^o oneri: panē neqz ḡtis. S̄z p̄rū p̄p
is mātib^o q̄sisse volūtas. Rex iubet extēplo dē
dom^o zloc^o apr^o. Nil dūz fiat: vis illa: iūria
illa Porro mēoz repetit: p̄i si h̄gis vll^o In
iuda iūit. ita s̄bū rēpat heros Ut neqz scire
neget neqz se cogisse reueler. Nup ait vari^o su
ph rūoz fuit or^o Urbe hīlīma: scribaz tur
ba sacroz. Ea fuit: legē varū nīsa suoz Ips
eis dubiū s̄z p̄scolatō certa Offerit scepz rex
cāgēdū munera dōat. Impar vt surgāt xdu
cāt qz domū mor. Aulica tora cohors: ifonar
plaudir: b̄ndicir: Implet iussa libēs: regē col
laudat ouat Aū frētū vario ioseph admirat
ab isto facund^o. laudat alt^o spēm mīl^o ier^o. Alē
p̄patit puero blādoqz decoro. O p̄i oipotēs
qz n̄ spauerit i te. In cui^o s̄f corda māu regū
qz hoimqz. Quovis iflectēs ea: rex en lubzic^o
asp. Plebs icōposita: fugitiuos suscipiūt: et
Alpiciūt ḡt^o ais: tractatqz pudice Hospitiū
p̄bet q̄ tu te ego receptas Aū sponso z puero
p̄ suo cedit alell^o. Aigna cibū mēlā vir p̄pat
at pia mī Infantē lactat: enolūēs balnear: in
de Amis aprat^o dormit: qz tps in illō Dāt
laudes pēla: q̄tēs o corda leuarūt Aū mani
bus d̄no p̄rāta picula tuti zc. Et. j. p̄dic^o
doc^o. alloquit d̄nm̄ ihm: z infrogat de modo
sue reūfōis de egypto di. Quis tibi septēni
puero mod^o in ḡdiēdo Tūc fuerit: dubiū ē:
bainlād^o vtriqz parētī Tu nō appes sat ido
ge^o aspa ferret. Quō lōga vic dispēdia p̄s

tener. at q̄ Nō asino tua mēbra sat^o suffulca
locaret^o. Curricul^o ne vehit forsan te ego ie
sumqz. Lōsci^o in q̄les mō vir fabrefecerat vls^o
An sup etatē diffūdīt grā vires In corpus
vel iter pagrat breuiore diēta: Clirt^o angeli
ca nec desse mīstra putāda ē zc. Terti^o do
lor brē h̄gis fuit qn̄ i tēplo fili^o remāsit: z ipa
p̄ tridūū cū cū maxio cruciatu q̄siuit. vñ iūē
ro eo dixit: vt h̄z Lu. ij. Fili qd fecisti nob sic
p̄i tuus z ego dolētes q̄rebam^o te. In q̄b^o ver
bis ipa exp̄ssit titulū magni honoris, z affe
ctū magni doloris. Magn^o em̄ honor in hoc
notat q̄ vocat eū filiū. vñ Ber. sup missus ē
ait. Accemarie p̄uilegiū. Quis em̄ hoc au
deat angeloz: sufficit em̄ eis z p̄ mag^o h̄nt q̄
cū sint sp̄s ex cōditōe: ex grā facti sunt age
li. i. nūcū dei. Maria h̄o d̄m̄ maiestat^o z d̄nz
angeloz suū appellauit filiū di. Fili qd feci
sti nob sic: Dolorē aut exp̄ssit cū inb̄didit. ec
ce p̄i tuus zc. Iste aut dolor causabat ex tri
plici timore. Un^o erat h̄z D̄ig^o. qz tiebat ne
iudeos tāqz idignos reliq̄sset: z ad p̄dicādū
gētib^o lōge recessisset. Scdus erat fm̄ eūdē
D̄ig^o. qz timebat ne ad patrē q̄ miserat eū
redisset. z sic h̄uānā redēptionē sic exigētib^o
dēmerit^o generis humani non fecisset. Terti^o
erat: qz timebat ne i manib^o filioz Herodis
deuenisset. Ut em̄ ait Quid. in eplis. Res ē
solliciti plena timor^o amor. vñ inq̄t glo. sup
Lu. Metuebat b. ego ne qd herodes in ei^o
ifantia parrare q̄sierat. h̄ archila^o in ipi^o pue
ricia iūcta optunitate p̄ficeret. De isto at do
lore h̄gis z ioseph tractat m̄g^o Iohes gerson
i sua iosephina: dicēs d̄no ihm i p̄sona h̄gis z
ioseph: qn̄ repierūt eū in tēplo. Fili qd nob
fecisti p̄dite totū Per tridūū: nā nos nimis
anxia cura h̄q̄bat: atqz dolor valid^o. rursus
ne p̄dere tere Quereret ipietas carissime se
ua tyrāni. Quid ne putas agim^o p̄me d̄nm̄
nocte diei Una dom^o recipit nos ābos te si
ne fili^o. Sit nob^o nox vñavigil flem^o qz p̄cātes
P̄no mae cito p̄surgim^o: atqz p̄pinqs Nūc
hos: nūc illos inter te q̄rere cura ē. Teqz die
tota fili nō inueniētes. Qn̄ tertia lux orit^o repe
dam^o ad vrbē. Deu nimū tristes defell^o an
belat vterqz Istū s̄z remouet iūctio leta do
lorē. Dram^o fili ne talit^o eger^o vltra Nō faciā
remanebo domi: pareboqz vob^o. Rndit puer:
zc. Multos alios dolores habuit brissima
h̄go i p̄nti vita: vt qn̄ necē habuit exis gūi
da z vicina p̄nti p̄ficisci ad ciuitatē bethlee
miticā. z ibi cū mult^o icōmodis z sine hospi
tio p̄decēti staret filiū suū ibi pere. x qz sa
tis dixi. in. vij. p̄te p̄ncipali hui^o op̄is. h̄ per

E
Doluit
maria in
triduanā
p̄ditōne
filiū.

M
aria
h̄uit ml^o
tos alios
dolores.

trāleo. **S**ilr n̄ declarato h̄ dolorē quē hūit de morte ioseph. de q̄ dixi. v. p. p̄n. hui⁹ op̄is in ser. de p̄solarōis ei⁹. **N**ō etiā r̄ferā dolorē quē habuit q̄n filio suo ascēdere i celū. ip̄a i m̄se/rijs hui⁹ m̄di remāsit. de q̄ dīcā i. xj. p. p̄n. h̄ op̄is ser. j. **I**te p̄trāsibit dolores q̄s passa est p̄p̄r tribulatiōes ei⁹ dadas a iudeis. d̄ q̄b⁹ dixi i. iij. p. p̄n. h̄ op̄is. solū referā alias duas aflictiōes q̄s habuit p̄p̄r p̄passiōz filij. q̄z p̄ri ma q̄ ē q̄rta i ordie fuit i ei⁹ passiōe. vñ **A**m bro. sup̄ **A**u. ait. q̄zuis m̄lte tribulatiōes trāsfuderit aiaz marie: m̄ illa sp̄aliē m̄na trāsfixit viscera dño i cruce moriete. de q̄ p̄dixit sy meon. z tuāip̄i⁹ aiaz p̄trāsibit gladi⁹. tāq̄ si di. m̄n̄is tuis viscerib⁹ gladio tribulatiōis trāsfuterat̄. videb i cruce p̄edere quē ange lo nūciāte i p̄gitate p̄manēs filiū edidisti. et ibidē etiā ait ip̄e **A**mb. **D**eniq̄ illo p̄edere in cruce iudei p̄ntes vt descēderet i sultabāt. apli fugiētes de cruce illū descēdere posse n̄ crede bāt. **Q**ue vt vidit maria necē fuit m̄na pia q̄z viscera ex ei⁹ p̄passiōe gladio tribulatiōis trāsfigi. **S**z vt itelligere vāleam⁹ q̄z i ea fu erit dolor: videam⁹ q̄z i illa fuerit amor ad ip̄m filiū. **C**ū ei nō solū hoies s̄z etiā oīa alia aīalia nātalit̄ diligāt filios suos. viij. eth. p̄fecto amor ip̄i⁹ p̄gis erga filiū suū fuit iexpli cabil. q̄z ip̄e dñs ihs erat tot⁹ ip̄i⁹ p̄gis fili⁹ sine p̄re carnali. vñ amor q̄ d̄z ēē in p̄re z m̄re ad filiū: tot⁹ erat i sola p̄gie erga suū vnige nitiū. **P**̄r aut̄ vnita fortior est disp̄sa. vt d̄z i li de caus. **I**te cū sup̄ omēs creaturas diligebat quē sciebat se diligere sup̄ oēs creatas: z esse suū creatorē. vñ tāto affectu amor⁹ ei⁹ afficie bāt vt m̄iz sit q̄ ex tāti amor⁹ ardore nō sit li q̄facta. vbi q̄t est maior amor ibi etiā seq̄t ma ior dolor de malo dilecti. **C**ū igit̄ iucti fuerit aliq̄ parētes q̄ tātū doluerūt de morte filioz q̄ ip̄i expirauerūt: q̄d putādū ē dolor⁹ sensū seipam p̄issimā matrē i tā horribili sui filij occisiōe: nemo em̄ vnq̄z carnē suā odio hūit. **E**ph. v. **C**onsiderate vos pie m̄res q̄ dolore angustiare m̄si vnigenitū filiū v̄m san. crū ḡtiosum iuuenēq̄z oib⁹ p̄rutib⁹ plenū sic cru delit̄ in p̄spectu v̄zo mactari videret̄. **M**a gne at̄ p̄passiōis fuit mors xpi: q̄z iudei q̄ ei viuo n̄ p̄p̄cerūt: etiā mortuo miseri noluerūt s̄z vn⁹ eoz lācea lat⁹ ei⁹ iā mortui transfixit. **D**e q̄ ip̄e p̄q̄rit di. **J**ob. xvj. **A**ccidit me vul nere i super vuln⁹: z irrui in me q̄si ḡgas. **E**t **B**er. in q̄dā ser. ad matrē ei⁹ p̄sūis ait. **V**e re brā p̄go aiam tuā gladi⁹ p̄trāsūit q̄n cru delis lācea filio tuo iā mortuo lat⁹ apuit. **E**x q̄b⁹ oib⁹ patz q̄ ip̄a b̄ndicta p̄go multiplici

passa ē martyriū. q̄z vt ait **B**er. vbi. s̄. omne lensum cor p̄e passiōis excessit effect⁹ suē cō/ passiōis. **A**liud q̄z martyriū gen⁹ passa est ex filij cōmutatiōe: q̄n ei dixit ihs in cruce vt h̄z **J**oh. xix. **M**ulier: ecce fili⁹ tu⁹. **D**e q̄ **B**er. vbi. s̄. ait. **E**n nō pl⁹ q̄z gladi⁹ fuit sermo ille **R**euera fuit p̄trāsies v̄qz ad diuisiōez aie z sp̄us. **I**nequa cōmutatiō: iohes p̄ ihu tra dit: fu⁹ p̄ dño: discipul⁹ p̄ m̄ḡro: fili⁹ zebedei p̄ filio dei: pur⁹ h̄o p̄ vero deo. **Q**uō p̄o tuaz affectuosissimā aiam nō p̄transiuit hec audī tio: q̄n z nostra (l̄z saxeā: l̄z ferrea) pectora so la scindit recordatiō. **E**t **A**n̄sel. in q̄t. **D**omi na n̄ra quib⁹ singulib⁹ extimabo purissimū p̄ect⁹ tuū vexatū esse cū audires **M**ulier ec ce fili⁹ tuus. **Q**uāto q̄z dolore cruciata sit cū iniquissim⁹ barrabas latro p̄posit⁹ fuit i libera tiōe suo filio b̄ndicto: q̄s enarrabit. **E**ximo aut̄ q̄ cū eiulatu maximo exclamauit senties suū dulcissimū ih̄m ip̄i crudelissimo homici de postponi di. **I**n rectū cambiū: o iniquū iudiciū: bon⁹ despiciat z iniqu⁹ postulat: iust⁹ puniat z p̄ctōz liberat. agn⁹ occidit z lup⁹ acce ptat. v̄ita deserit z mors refuat. **M**artyriū etiā passa est volūtatis. quia tātum dolebat ex cōpassiōe dānatiōis hūani gener⁹ q̄ p̄ re dēptiōe ei⁹ parata erat z desiderabat in cruce mori cū filio si op⁹ fuisset. **V**ñ **A**mb. vbi. s̄. ait. **V**irgo maria fugientib⁹ aplis an crucez stabat: z p̄ijs oculis vulnera xpi spectabat. **E**t quia cognouerat p̄ ei⁹ mortē mūdi redē/ p̄tiōne futurā putabat aula regal̄ se sua mor te publico muneri aliq̄d additurā. s̄z ip̄e xps q̄ fact⁹ ē sicut h̄o sine adiutorio ius mortuos liber. suscepit q̄dē maternū affectū: s̄z nō q̄s uit auxiliū. **P**assa q̄z fuit sacratissimā virgo martyriū maceratiōis. **I**ntātū em̄ i filij pas siōe corp⁹ suū z oīa mēbra macerauit: q̄ quo dāmō martyriū sibi intulit: vt ait m̄ḡ **J**aco bus de voragine in suo li. beate p̄ginis: in p̄o martyriū. vbi allegat **A**uḡ. sic dicens. **I**psa q̄ppe pia mater imani dolore eiulās pectora q̄z delicata p̄tūdēs: ita ip̄a viscera ceteraq̄z fa tigauerat mēbra: vt iam deficiēs ad xpi fun⁹ vir potuerit puenire. **P**redict⁹ etiā doctor vbi. s̄. dicit q̄ martyriū ip̄ius p̄ginis habu it q̄ttuor p̄ditōes graues. q̄z i mēte martyri zata est. vñ atroc⁹ passa est dū passiōis xpi gladiū i aia sua sustinuit: q̄z sicorpaliē pem. pra cēt: vt ait **H**iero. ad **A**usto. **I**te q̄z ei⁹ do lor nō fuit p̄ricular⁹ sed vniuersalis: q̄a totā aiam repleuit: z nulla in ei⁹ corde remāsit p̄ tūcula que dolorib⁹ nō fuerit plena. vñ **D**ie ro. vbi. s̄. ait. **D**olat nēpe q̄ maria intātum

Maria
multiplex
martyriū
perulit

Marty
riū marie
hūit. iij.
p̄ditōes

Sermo. I. De cōpassione Marie

Voluit ut tota aīam ei⁹ p̄trāsiret ac possideret
vis dolor⁹ ad testioniū eximie dilectiōis. Itē
qz ei⁹ dolor n̄ fuit superficial⁹ s̄ p̄cordial⁹. nā vī
qz ad cordis ītima p̄trāsiret. nec mīz qz mor
te xpi fecerat suā. vñ Hiero. vbi. s̄. inq̄t. Et
nīmīz dilectō morte fortior exiit: qz morte
xpi suā fecit. Itē qz ei⁹ dolor nō fuit momenta
ne⁹ s̄ diuturn⁹. nā etiā p̄ filij resurrectiōz ⁊
ascēsiōz ei⁹ passiōes ī mēoria retinebat: sine
magis dolor⁹ gladio de eis scordari n̄ posat
vñ dicebat illd̄ **Saī. j.** Fascicul⁹ mirre dile
ct⁹ me⁹ mihi: in vbera mea p̄morabit. Fasci
culū ei⁹ mirre vocat collectiōz amaritudinū ⁊
passiōnū xpi: qz ipa in vbera aīe. i. mēoria
deferbat. Et ex his vulnerab⁹ p̄ dolore: cru
ciabat⁹ p̄ amore: ⁊ estuabat⁹ p̄ desiderio ⁊ mari
ma p̄ passiōe. hec ille. **Ultim⁹** dolor b. x̄gis
explicad⁹ ī p̄nti ser. d̄. sepeliōis filij sui. Nō
aut sine cordis teneritudine possum⁹ mēorie
cōmendare penā ⁊ afflictionē: imo gladios ⁊
lāceas dolor⁹ cor ipi⁹ x̄gis penetrātes ī filij
sui sepultura. Un p̄teplānt qdā deuoti qz cū
b. x̄go staret iux cruce ihu filij sui iā defuncti
ibi qz associata **Iohi** euāg. ⁊ magd. ⁊ alijs de
uot⁹ mīserib⁹ amarissime deplozaret: ⁊ iā se
ro appropinq̄nte cogitaret quō filij sui cor
pus de cruce depōderet: ecce qz vidit a lōge veni
re nicodemū ⁊ ioseph ab arimathia cū scalis
⁊ malleis cerisqz īstris idoneis ad deponēdū
corp⁹. librasqz cetū mirre ⁊ aloes ad vnguen
dū seu inuolūedū cū eis ipm corp⁹ ihu. qz illa
p̄spiciēs (⁊ qz p̄ mīseritudine lacrimaz ei⁹ oculi
caligabāt n̄ cōgscēs) cepit valde expauescere
dubitās ne eēnt scribe et pharisei veniētes ut
de corpe filij sui sic mortui eē dīstas strages
facerēt trahētes illd̄ p̄ totā ciuitatē. sic mag
nis malefactorib⁹ fieri p̄suevit. qz pauore per
frita ad iohānez socias dixit. heu mihi: qz ca
nes rabidi iudei veniūt nōdū saturati morte
crudelissima filij mei: ut corpi ei⁹ noua opp
bria īferāt. ⁊ his dict⁹ ī frā semimortua colla
psa est. quā circūdātib⁹ maris ⁊ eā (sic meli⁹
poterāt) p̄fortātib⁹: iteri b. iohes (⁊ ipe pauē
fact⁹) aliq̄ntisp obuiā ill⁹ prexit: ut videret ⁊
intelligeret ad qd pagēdū cū illis scalis veni
rēt. **Aut** s̄o cōgūisset nicodemū ⁊ ipm ioseph
stati ad ipam x̄ginē cucurrīt p̄solās eā ⁊ dī.
Bono aio estote dñā ⁊ mī mea. illi em̄ qz ve
niūt sūt discipuli filij vñ ⁊ mī ac dñi mei:
qz ad auxiliū nīm veniūt. vñ em̄ ē nicodem⁹
amic⁹ nī: alē ioseph ab arimathia: qz licetiā se
peliēdi dñm obtinuit a pylato. **Et** qz b̄bis
x̄go bñdicta aliq̄tulū recreata surrexit. **Ad**
ueniētes qz p̄dicti viri deuoti nigr⁹ (ut p̄ic qz

dit) vestib⁹ iduti. p̄mo qdē filiū dei ī cruce p̄
dētē genuflexi adorauerūt cū ploratu magno.
deinde eūtes ut visitarēt virgīnē p̄ssimā: vñ
dētē qz ipaz mestissimā marē squalidā ⁊ af
fictā ⁊ totā lacrimis madefactā: cepit lacri
mas emittere ⁊ gemit⁹: nihil p̄ dolore loq̄ va
lētes. demū aliquatē spūs resumētes. postqz
cū bñdicta x̄gie lacrimosis x̄bis p̄doluerūt
de morte filij ad p̄titionē x̄gis ipm corp⁹ scil
simū de cruce deposuerūt. **Cōsidera** igit ania
deuota ⁊ diligēt attende depositiōis modū
Ponunt due scale a laterib⁹ crucis opposite:
Ioseph ascēdit scalā lateris dextri: ⁊ **Nicodem**
mus ascēdit scalā lateris sinistri. **Ioseph** igit
reuerent⁹ extrahit clauū man⁹ dextre: postmo
dū nicodem⁹ extrahit aliū man⁹ sinistre. **De**
ide descēdit nicodem⁹ ⁊ venit ad clauū pedis
ioseph x̄go sustētabat corp⁹ dñi. **Tunc** p̄ssimā
mī qz stabat pedib⁹ qzū poterat eleuata:
brachijsqz extēsis: ut filiū ī sinu suo reciperet.
Primo manū dextera pedē suscepit reuerent⁹
posuitqz ad vultū suū intīme osculās eā cū
lacrimis ⁊ validis suspīrijs. dicebatqz x̄ba
rāta cōpassione digna qz etiā laxa corda ad
pietate flectere potuissent. **Tu**llo aut clauo
pedū paulisp descēdit ioseph. ⁊ ipsa bñdicta
x̄go accepit corp⁹ filij suis ī brachijs: ⁊ illd̄ re
uerēte osculabāt. postmodū ī frā sedēs p̄ois
illd̄ ī gremio: ⁊ osculat nūc caput nūc man⁹:
nūc os nūc pedes nūc vuln⁹ lateris: oēs qz ei⁹
plagas amar⁹ lacrimis lauabat: plorātib⁹ oī
bus qz astabāt. **Et** hec qz oīa p̄oit **Bea. i. ser.**
de plactu x̄gi. dī. **Stabat** maria leuans bra
chia ī altū. ⁊ cū rāgere eū valuit: caput ma
nus ⁊ brachia ei⁹ depēdētia trahēbat sup̄ tri
ste pect⁹ suū: atqz ī oscula ⁊ amplex⁹ rucēs de
suo dilecto (s̄ extincto) satīari n̄ posat. s̄ dū
de cruce ī frā corp⁹ depositū fuit: sup̄ ipz rucēs
p̄cōtinētia dolor⁹ ⁊ imēnitate amor⁹ qz mor
tua stabat. **Stabat** ad corp⁹ extincti filij sui
mī maria lacrimis faciē rigās: ac p̄ diuīsa tor
q̄bat suspīria. frōtēqz ⁊ genas oculosqz x̄ora
frequent⁹ osculabāt ipi⁹. lacrimarūqz tāta vber
tas effluebat ut carnē cū spū oēm ī lacrimas
dissolui putares. h̄ ille. **Nḡ** aut **Jaco.** de
vora. vbi. s̄. ait. **Uespe** aut depositū lacratū
simū corp⁹ p̄ **Nicodemū** ⁊ **Ioseph** suscipiens
ī gremio mī: qz lacrimaz fluit: qz amarissi
mos singult⁹: qz alta suspīria: qz verba mesti
cie plena ex ea p̄cesserint qz posset exp̄mere:
cum singula mēbra perq̄reret tam dīre cru
ciata: tā turpiter delusa: oscularet ⁊ lacrimis
irrigaret sociata **Maria** magdalena ⁊ alijs
maris ⁊ deuot⁹ mulierib⁹: **Aut** autē sero fac

Doluit
maria in
xpi sepe
litione

etū cē: deuoti hoies pie ⁊ deuote corp⁹ illd de
brachijs nris accipietes posuerunt in monu
mēto mēte ⁊ sepultra cū eo. hec ille. Quidam
aut deuot⁹ ⁊ significator vulgaris inq̃t. Aomeb/
be in elle baze el fiol sancto cō infinite lacrime
si lo bagnaua. e nō si vide may el magior pi/
anto. Tute quāte le piache si le basaua. Li
oga la bocha el corpo tuto quāto. e di tochar
iesu nō si satiaua. Poy dixit. fiol mio cū quā
ti affani sei morto p laltrui malicie e ingani.
Sō questi li pedi: son q̃ste le mani cherā dei
mio fiol iesu dilecto. son q̃sti i mēbri angelici
e sopranī chauceua el mio fiol senza difecto
che pareno stati nele mane di cani. A sono
strazati tuti a dilecto. poy si calco suspecto del
fiolo. Forse piāgēdo cō amaro dolo. Ioseph
e le marie e giouani magdalēa marta e nico
demoveduti hano maria i tāti affani ogniū
diceua de la sua morte terno. Nap leuar via
piu noye: pene e dāni. Il corpo di iesu noye se
peliremo. In vn sepulcro nouo che i q̃sto or/
to. Adaremo a maria alchun ⁊ forto. Ego at
arbitroz q̃ adueniēte nocte ipa bñdicta ⁊ go
sepi⁹ rogata fuit vt eis traderet corp⁹ filij sepe
liedū. I ipa dicebat. dimitte me h mori cū
filio meo. vl saltē pmitte me itez ofclari cū
⁊ tūc ofculabāt loca clauoz: tāgebat coronā
spineā: mltosq; magne cōpassiōis ac⁹ facie/
bat atq; ad filiu dicebat. o fili dilectissime cur
mibi n loqr: nōne h eos illd bñdictū qd iu
deis sic dulcis p̃dicabat: nōne iste s̃ ille mā⁹
q̃ tāta mirac̃la faciebāt: nōne isti s̃ illi pedes
q̃z scabellū adorāt. o fili dulcissime: vbi ē ille
tā delectabil⁹ aspect⁹: vbi vult⁹ tu⁹ let⁹ ⁊ iocū
dus: vbi ē facies illa serena: vbi ē visus ille
amabil⁹: o fili mi speciose p filijs hoiz quō fa
ct⁹ es de formis ⁊ opprobriū hoiz: vbi ē o fili
loqla tua suauis ⁊ pueratio māsueta: q̃re re
manet sine filio mī: qlis erit vita mea sine te
fili mi tu mibi p̃ eras: tu mibi mī: tu mibi
fr: tu mibi spō: tu mibi blād⁹ fili: tu mee de
licie: tu mea glia: tu mibi oia eras fili mi. In
his l filib⁹ lacrimof fletib⁹ p̃seuerate ipa me/
stissima ⁊ gie qdā scā ipoztunitate instabat
magd. ⁊ alij vt corp⁹ illd sacratissimū tradi
pmitteret sepulcre p̃p̃ supueniēte noctē. q̃b⁹
tādē p̃fētēs ⁊ corp⁹ a suis brachijs abstrahi
pmittes. p modicū rogabat vt itez dimitte
rēt illd sel ofclari ⁊ p̃ ea illd eis tradere diffe
rebat. ⁊ tādē traditū itez repetebat ⁊ toties p̃
tēneritūdie deficiebat q̃tiēs dabat vl accipie
bat. tādē sep̃lū fuit ⁊ m̃ib⁹ p̃p̃is ab ipa ⁊ gi
nei sep̃lro coapratū. qz vt inq̃t gl. i. c. vbi cū
qz. xij. q. ij. meli⁹ ossa cubāt m̃ib⁹ tūmulata

suoz. De hac at sepultra iqt deuot⁹ vbrin⁹ de
casali li. 4. c. 26. cogita aia deuota si corp⁹ il
lud fuit a sanguie lotū vt p̃dite aromatu cēt
idoneū. illāq; loturā sanguis bibe cū amoris
dulcore. imo teipaz totā i aquā p̃tevt mere
ar: illi sacro corpi applicari. cogita q̃to affcū
ille scē mlieres sibi sedule mīstrātes dū viue
ret illd sacz corp⁹ nitebāt ⁊ rigere ⁊ se m̃is
fletib⁹ lociare. s; ⁊ ille dilect⁹ iohes ex pri amo
r⁹ mēoria ⁊ corpal aspect⁹ fixura doloꝝ piter
p̃foss⁹ totū se lamēto lacri corpis: ⁊ q̃li posat
refrigerio suspirijs m̃is exhibebat. vn pu/
to q̃ istoz plogatōe fletuū ⁊ duotoꝝ luctami
nū q̃b⁹ mī a filij corpe auelli n̄ posat ⁊ q̃b⁹ ip
sa illoꝝ corda reliq̃bat i lacrias. vsq; ad horā
p̃pletorij ē sepultra p̃tracta vt hora p̃pletorij
p tardis accipiat vespis an sol occasu. vt q̃si
possit dici sepulcrū i vespis. P̃ia at p̃certatoꝝ
dilatōil sepulcre inf duotā ⁊ ginē ⁊ adueniētes
discipulos deuot⁹ lamētoroz passiōis ihu ⁊ exi
mi⁹ doc. Ber. in qdā describit tract de sacre ⁊
ginis plāctu. terminato at sepulcre officio cogi
ta cū q̃st⁹ gestib⁹ ipz sacz saxū sepulcri mīna
cōplectebāt brachia: rigabāt oclī: ofclabāt la
bia: ⁊ tot⁹ gest⁹ corpis itra sua p̃cordia absoz
bere videbāt sepulcz. āplectere sepulchz pia
mī: ⁊ sup ipz igemīa mirata suspiria i tuo re
cessu: ipm qz i tuo dolore asportā. hec ille. Au
dol. at cartusien. p̃dicta oia cōfirmās ⁊ lati⁹
explicās i li meditar. vite ihu xpi p. ij. c. lrv.
at. Hora vespina meditatē: mēte lugubri
⁊ lacrimabili quō mī dñi ⁊ alij q̃rtuoz stāt p
pe crucē nesciētes qd facere debeat. corp⁹ ei de
pōere ⁊ sepelire n̄ pnt. qz nec vires sufficētes
hnt nec iustia q̃b⁹ deponāt. recedere at eo sic
manēte n̄ audēt: ⁊ dū māere nocte app̃p̃in/
q̃te n̄ valēt. vide i q̃ta s̃ p̃plexitate ⁊ eis cor
de p̃patere. iteri at ioseph ab arimathia ciui
tate iude. x. leuc⁹ ab hierlm distāte: ātiq̃t dñi
cta ramathavn fuit helchana ⁊ āna pentes
samuel. diues ⁊ nobil⁹ gñe. ⁊ decurio. i. de or/
die curie: ⁊ officia curie ipy romanoꝝ admi/
strās: vir bon⁹ i se q̃ ad deū ⁊ iust⁹ q̃ ad p̃rim
ac discipul⁹ ihu: nō de. xij. vl. lxxij. s; de m̃is
alijs credētib⁹. qz oēs credētes a p̃ncipio di/
scipuli vocabant: s; oclt⁹ p̃p̃ mēti iudeoz:
ne de synagoga expelleret: q̃ nō p̃senserat neci
dñi ⁊ actib⁹ ⁊ p̃silijs alioꝝ ipz p̃segnitū: q̃ et
ipe sic ⁊ alij discipuli expectabat. s. certitudie
spei regnū dei: n̄ tpale ⁊ tēnū: s; celeste ⁊ tēnū
.i. regnū celoꝝ a xpo discipul⁹ p̃missū veit ad
sepeliēdū xpm anq; intraret sabbatū: i q̃ talia
facere n̄ erat licitū. qz ei erat discipul⁹ dñi: iō
curā de corpe ei⁹ habere voluit vt cum honore

Desepul
tura xpi.

Ioseph
abarima
thia quō
petijt cor
pus ihu
ad sepeliē
dum

Sermo. I. De cōpassiōe Marię

sepeliret. et nō sicut dānati corp⁹ p̄iceret. s. h̄
 fute sanguis xp̄i iā fusi roborat⁹ audacter
 om̄i timore deposito et p̄fideret introiit ad
 Pylatū: nec iudeoz timēs iūmicias: nec py
 lati potestate: et petijt magno munere vt de
 eius licētia tolleretur corp⁹ iesu de cruce et sepeli
 rer illud honorifice: h̄ p̄ferēs omni thesauro
 q̄tūlibet p̄cioso. Petijt autē h̄ sibi cōcedi: q̄a
 fm̄ leges hūanas corpa dānatoz nō debent
 sine licētia deponi v̄l sepeliri. et p̄misit Pylat⁹
 tū p̄pter petētis reuerētiā: tū p̄pter xp̄i inocen
 tiā sibi notā. et q̄z plura in morte ei⁹ viderat
 miracula. In q̄dā autē hystoria h̄ q̄ Joseph
 seruierat q̄nq; annis pylato: et p̄fuitio petijt
 et obtinuit corp⁹ iesu ab eo. Sit autē hic secula
 ris dignitatis ioseph mētio: nō q̄ euāgelista
 hāc cōmēdet. sed q̄z ad p̄sidiē nisi talis acce
 dere nō poterat. Quē ergo diues erat valde
 insignis: ac pylato not⁹ et familiaris: potuit
 de facili ad pylatū intrare et ab eo impetrare.
 Quē et bonus et iust⁹: dign⁹ fuit h̄ mysterio:
 et meruit corp⁹ iesu sepelire. vñ Beda. Ma
 gne quidē ioseph iste dignitatis apud secu
 lū: s. maioris apud deū meriti fuisse laudat.
 vt et p̄ iusticiā meritoz sepeliēdo corpe dñico
 dign⁹ foret: et p̄ nobilitatē potentie secularis
 idē corp⁹ accipere posset. Nō em̄ q̄libet ignot⁹
 aut mediocris ad p̄sides accedere et crucifixi
 corp⁹ poterat ipetrare. vñ et Aug. Joseph fi
 ducia dignitatis q̄ p̄dit⁹ erat familiaris in
 trauit ad pylatū. Jam min⁹ curās de iudeis
 q̄uis antea in audiēdo dño deuiteret iūmic
 cias corū. vñ etiā Grego. Fuerat q̄nq; Jo
 seph occult⁹ xp̄i discipulus. deniq; vincula ti
 moris rumpēs feruentior fac⁹ dñicū corpus
 turpiter pendēs a ligno deposuit: cōparās p̄
 ciolam margaritā et boz modestia. Conside
 ra nūc fortitudinē ioseph. q̄z nō soluz audet
 corp⁹ xp̄i petere: s. etiā sepelire. sicut hō p̄atē
 h̄ns pl⁹ ex fute q̄z ex adiutorib⁹. vñ Abryf.
 Inspice autē hui⁹ viri fortitudinē. In mortē
 em̄ piculū se tradidit: inimiciā ad om̄es su
 mens p̄pter beniuolētiā xp̄i. Uñ et Theophi
 lus. Audet ausū laudabilē. nō em̄ cogitauit
 a iudeis decidi: et expellari a iudeis si corp⁹ pe
 tā ei⁹ q̄ est p̄denat⁹. hec Theophi. Qui ḡ p̄
 us impetitiōe meticolosus et occult⁹ discipu
 lus dñi fuerat p̄pter merū iudeoz: vitans tūc
 iūmicias eoz: nūc exēplo mort⁹ xp̄i aiatus:
 ac fute et vigore auct⁹: manifestat se: ac palaz
 et facto cōfitef ac ostēdit xp̄i discipulū peten
 do ei⁹ sepulturā: et exēq̄ndo min⁹ curās de ill
 i hoc extremo officio. Accessit autē sibi corpo
 re vocauit ad se quēdā noīe Nicodemū viz

sapientē et legis p̄itū sūl r̄ discipulū xp̄i occultū
 Joseph igit⁹ mercat⁹ sindonē. i. pānū lineaz
 candentē et mūdū: venit ad crucifixiōis locū
 portās secū instrumēta: quib⁹ clauis euulsis
 corp⁹ de cruce deponeret. et ipam sindonē qua
 ipm̄ iuolueret. Iste autē pān⁹ mūd⁹ et cādīd⁹
 inocentiā dñi et liliōsam significat castitatē.
 vt q̄ rubricat⁹ fuerat sanguie passiōis candi
 daret sindonē inocentissime castitatis. vñ d̄z
 in cātic. Dilect⁹ me⁹ cādīd⁹ et rubicūd⁹. Ve
 nit ḡ Nicodem⁹ cū eo q̄ p̄us tūmidus nocte
 ad ihm̄ venerat. s. an̄ passiōis: ferēs secū mi
 xturā myrrhe et aloes libras q̄si centū ad ipz
 cōdiēdū. q̄z hec sua amaritū dine arcent ver
 mes a corpib⁹ mortuoz: et q̄z plurimū ea con
 seruāt: nec cito corruptioni subijci p̄mittunt
 Iste ante passiōē xp̄i erat ei⁹ discipul⁹ s. oc
 cult⁹. post passiōē xp̄i manifestauit se et fact⁹
 est public⁹: s. nō dū habebat veram fidē de re
 surrectiōe. q̄z attulit myrrhā et aloes q̄si cor
 pus ei⁹ muniri idigeret a putredie: s. ex de
 notatiōe istā vinctiōz faceret. Corp⁹ em̄ xp̄i nō
 idigebat vinctiōe p̄suatē p̄ putrefactiōz. scri
 ptū nāq; est. Nō dabis sc̄m̄ tuū videre cor
 ruptionē. vñ Abryf. Adhuc em̄ vt de nudo
 hoīe disponebāt: sed tū multā dilectionē de
 monstrabāt. et loquit⁹ de Nicodemo et Joseph
 Per ioseph autē q̄ interpretat⁹ accrescēs: signifi
 cat p̄sona crescēs in f̄tutib⁹: q̄ corp⁹ dñi po
 stulat: q̄n p̄ digna receptiōe eucharistie deū
 suppliciter orat. Per nicodemū hō pitū signi
 ficat⁹ doctor bon⁹ ferēs mixturā. i. doctrinam
 ex auctib⁹ sacre sc̄pture cōfectā: ad vnguēdū
 corp⁹ xp̄i mysticū ad ei⁹ salutē. In sindonē ec
 munda paup̄tas et castitas notat. et i aroma
 rib⁹ virtutū varietas designat. Felix tal con
 sciētia cui nō deficit b̄ritudo paup̄tatis p̄tra
 mūdū: mūdiciā castitatis p̄ carnē: et fragran
 tia f̄tutū p̄ diabolū. Cum autē ioseph et nico
 dem⁹ fuerūt p̄pe crucifixiōis locū genua fle
 cientes adorauerunt dñm. Quos dū vidit
 mī volētes deponere corp⁹: q̄si de morte cōsur
 gēs paululū reuixit sp̄s ei⁹. et applicātes re
 cepti fuerūt p̄ eā reuerēter. et pauperūt se ad de
 ponēdū. cum q̄b⁹ ipa q̄d poterat mīstrabat
 adiutoriū. Corp⁹ autē dñi i terrā deposito do
 mia suscepit caput cū scapulis suis i gremio
 Magdalena hō pedes apud q̄s olim tantā
 grām inuenerat. alij autē circūstabāt et plan
 ctū magnū faciebāt. Considera quō felicissi
 mus Joseph brachijs corp⁹ amplectit⁹: ac bra
 chijs stringit pectori: et q̄dulcit q̄zq; diligēt
 brissim⁹ nicodem⁹ sacratissima mēbra ei⁹ tra
 ctat digitis: et fouet vnguētis: vt ait Ansel.

Dignita
 tis istar⁹
 Joseph
 narratur

Quos si
 gnēt isti
 duo. s. io
 seph et ni
 codem⁹.

De nico
 demo

Venias et tu charissime deuotus gressibus et spiritu alibus accessibus ad reponendum dominum deum tuum de cruce: et ad plangendum eum cum sua benedicta matre: et dicas. Deus meus bone iesu concede mihi: ut qui cum matre tua et alijs qui tunc aderant corpe iteresset: et ea facere non merui: fideli tamen deuotione hec eadem mente pertractas: illum ad te deum meum per me crucifixum et mortuum compassiois affectum eripiar. quem innocens mater tua et penitens magdalena in ipsa passiois tue hora senserunt. Et sciendum quod quis ista depositio domini de cruce non fuerit sibi in penam: quod corpus erat exanime. **I**stud tamen factum depositiois in se valde miserabile fuit et lamentabile: quod vix corpus tante nobilitatis tanquam cadauer tractabatur. et beatus ergo que ibi aderat: penam in hoc facto sensit maximam. Et hanc articulo depositiois domini de cruce habent duo documenta. **P**rimum est quod fideles concordes et accipientes corpus domini de altari: equant illis qui ipsum deposuerunt de cruce: par enim est: imo plus christi corpus sumere de ara altaris quam de ara crucis. Alii enim acceperunt eum in brachijs et manibus: sed isti sumunt in ore et cordibus. **S**ecundum documentum est quod et nos debemus libenter christum cum Ioseph de cruce deponere. Quod cum per totum in peccatis est: christum in cruce distentum quantum in se est vinculat et crucifigit. **P**etra enim nostra fuerunt cum christus crucifixus est: sed mox cum per penitentiam ad deum conuerteretur: ipsum de cruce soluit et deposuit inter brachia sua ipsum recipit. **U**n sicut quis complectens aliquem inter sua brachia potest facere de eo quicquid vult: maxime si illud non repugnet. **S**ic peccator conuersus per penitentiam constringens iam christum brachijs amoris: potest et de eo omnia que voluerit obtinere. **N**eque enim christus repugnat penitenti: sed paratior est ad dandum gratiam quam ille ad recipiendum. **A**d transformandum autem se huic articulo recogitet homo quod lamentabile factum fuit quod tale corpus quod erat deus sic tractaretur ad modum cadaueris. et quod corona glorie iacuit sic supina. et prostrata in terra. qualiter etiam placentium tunc beata ergo fecerit super corpus dilecti. **P**ost aliquam remotionem rogat Ioseph dominam: ut permittat corpus domini poni in lintheamentis inuolui et sepeliri. **I**psa ergo predebat dicens. **N**olite amici mei tam cito mihi filium meum auferre: illum adhuc paululum relinquit mihi ut faciem ipsius valeam contemplari: et videndo inde aliquantulum consolari. **A**li volebat eum tradere sepulture: et ipsa volebat eum retinere. et sic erat hec pialis et miseranda contentio inter eos. **F**lebat illa lacrimis irremediabilibus. **R**igabat lacrimis faciem et extincti filij corpus. et profundebat vndique plagas eius. lapide quoque quo corpus eius politus

et locatum fuerat lacrimis medebat. in quo ad huc lacrimarum eius indicia apparere dicunt. qui nunc in ingressu ecclesie sancti sepulchri esse memorant. **L**auit et tersit vulnera eius cruciata: et osculabatur ea: et faciem eius sacratissimam. **A**spiciebat vulnera corporis et vultum eius et caput. videbat spinarum puncturas: depilationem barbe faciem ex spuris et sanguine deturpata: et despicendo et flendo non poterat satiari. **V**irginis dolores narrari non possunt: quod male illi erat sicut esse poterat. et ideo quantas lamentationes ululat placentium et fletum super idem corpus virginis filij sui tunc fecerit: verbis explicari non posset. **A**redendum tamen est quod nullos placentium irrationabiles fecerit. quod dolor eius ad rationem superiorem non perungebat. **M**agdalena vero pedes domini quos alia vice lacrimis compunctionis rigauit: tunc multo magis vndis lacrimarum compassiois largiter lauit. **A**spiciebat pedes sic vulneratos et perforatos: desiccatos et sanguinolentos et flebat amarissime: et pro dolore videbatur deficere. sicut flebat vehementer et alij. ac etiam angelus presentes ibi. **U**nde **A**ugustinus. **Q**uam angelorum vel archangelorum illic non fleuissent: ubi contra naturam auctor nature immortalis deus mortuus homo iacebat. **V**idebatur corpus christi sic male tractatum ab impijs: sic laceratum iacere: et maritima tora suo cruciata in cruore sic amarissime flere: et nullo modo poterat suas lacrimas refrenare. **S**icut ei possibile fuit deus per assumptionem hominem mori: sic possibile fuit angelos bonos in morte domini sui dolore. hec **A**ugustinus. **P**lage ergo et tu charissime amare: et clama cum **B**ernardo dicere. **O** bone iesu quam dulciter cum hominibus conuersar es: quam magna et abundantiissima a eis largitus es: quam dura et aspera per eis passus es: dura propter: duriora propter: durissima crucis tormentum. **C**ontemplare etiam bene dominum et saluatorem tuum: gyra et regyra: volue et renouue a latere i latus: a planta pedis usque ad fricem capitis et non inuenies in eo sanitatem: sed vndique dolorem ubique cruorem. **N**on enim est in eo membrum vel sensus corporis. qui sua afflictione et infirmitate vel passionem non senserit. **V**ide quid in quolibet sensu vel in quolibet parte sustinuit. **I**n capite spinas: in auribus opprobria: in oculis fletum: in ore fel et acetum: in facie alapas et spura: in collo collaphos: in naribus fetorem: qui loco ex cadaueribus corrupto fuit crucifixus: clauos in manibus et pedibus: flagella in dorso: lanceam in pectore. **Q**uia enim genus humanum vulneribus peccatorum fuit plenum: secundum illud **I**saia. **O**mnem caput languidum et omnem cor merces etc. ideo iesus in omni parte corporis sui plagas suscepit: ut per eius liores

Amicitia
rationabilis
superius
dicta.

Placent
Bernardus
passione
domini.

Duo do-
cumenta
ex deposi-
tione christi
de cruce.

Bermo. I. De cōpassiōe Marie

in toto sanaretur. **N**ō em̄ erat infirm⁹ i capite. i. in intētiōe: q̄ ē caput aīe. qz i hīs q̄ faciēbat nō sanā intētiōz hēbat. **E**rat infirm⁹ in manib⁹: qz faciebat opera mala vel remissa. **E**rat infirm⁹ i pedib⁹: qz habebat affectionē imūda aut terrenā. **P**es em̄ aime est affect⁹ et amor ei⁹. qz sicut corp⁹ vadit pedib⁹: sic aīa vadit affectib⁹. **E**rat infirm⁹ i corde: qz habebat cogitatiōes noxias et vanas. **E**rat infirm⁹ i toto corp⁹: qz habebat totā vitā mūdā et perversiōē vanā. **U**t igit̄ xps suis liuorib⁹ et vulnerib⁹ nos sanaret: voluit vulnerari in capite: vt sanaret oēs nras obliquas intētiōnes. **V**oluit vulnerari in manib⁹: vt sanaret nras malas et pessimas opatiōes. **V**oluit vulnerari i pedib⁹: vt sanaret nras imūdas et terrenas affectiōes. **V**oluit vulnerari in corde: vt sanaret nras et vanas cogitatiōes. **V**oluit flagellari et vulnerari in toto corp⁹: vt sanaret totā nostrā vitā et pāsatiōez. **V**n Ber. **M**editare inq̄t posit⁹ corp⁹ crucifixi rvi de si aliqd est i eo qd nō poterit p te ad patrē. **D**iuinū illud caput multiplici spinaz densitate densatū vsqz ad cerebrū teneritudinē cōfixū est. **A**d qd hoc? **N**e doleret caput tuum ne tua vulneraret intētiō. **A**ligauit i morte oculi sui. et illa luminaria magna que illuminat orbē ad horā extincta sunt. **N**onne illis obtenebratib⁹ tenebre facte sunt sup vniuersam terrā. et illa duo luminaria magna cū illis luminari⁹ semota sunt? **H**oc aut̄ totum factū est vt auerterent oculi tui ne videret vanitatem: et si videret nō adhereret. **A**ures ille q̄ in cel⁹ audiūt **S**ctus sanct⁹ sanct⁹ dñs dē sabaoth: audierūt i terra demoniacoz voces dicētes. **A**rucifige: crucifige. **U**t quid istud ne aures tue obsurdescerēt ad clamorē pauperū: ne reciperēt auditū vanū: ne detractionis vir⁹ aptis portis vsqzqz suscipiēt **S**pectosa illa facies speciosi forma pre filiis hoīm. spuris illita est: afflicta collaphis: abdicta et illusiōib⁹. **Q**uare hoc? **U**t facies tua illuminaret: illuminata cōfirmaret: et diceret de te vult⁹ ei⁹ nō sūt ampli⁹ in diūsa mutari. **D**s illud quod angelos docet: hoīes instruit: qd dicit et factū est: felle potatū est et aceto. **S**ed hoc factū est vt veritatem et iudiciū loqueret os tuū: et p̄fiteret dñm dē suū. **M**an⁹ ille q̄ fundauerūt celos extēse sunt i cruce: clauisqz trāsuerterate durissimis: vt man⁹ tue extenderent ad inopē. **P**ec̄ illud in q̄ sunt om̄s thesauri sapie et scie dei absconditi: lancea militari p̄fossū est: vt pec̄ tuū a prauis cogitatiōib⁹ mūdaret: mūdātū sc̄rificaret: et cōser-

uaret sc̄rificatū. **P**edes illi qz scabellū adorare debem⁹ qm̄ sc̄m̄ est: dura trāsfixiōe trāsfixi sunt: ne pedes tui festinarēt ad malū: sed curreret p viā mādatorū dñi. **Q**uid plura? **P**ro te carnē et aīam posuit: vt corp⁹ et spm̄ tuū sibi vēdicaret. **T**otū toto se te compauit **H**uic igit̄ omnē vitā tuā o homo debes: qā vitā suā p tua posuit: et cruciat⁹ amarus sustinuit ne tu ppetuos sustineres. **A**ui sō iusti vīuā qz illi: qui si nō moreret ego nō vīuerē: hec **B**erū. **Q**ui etiā ait. **V**ide homo q̄ amore te dilexit dñs dē tu⁹: vt vestigia ei⁹ sc̄grīs **P**ro te ligat⁹ ē: vt te a vinculis pctōz absolueret. p te flagellat⁹ est: vt te a flagellis eterne dānatiōis liberaret. p te coronat⁹ ē spinis vt te coronaret in cel⁹. p te vulnerat⁹ ē medic⁹ vt tu sanarer⁹ egrot⁹. p te crucifix⁹ ē: vt tuas p̄cupiscētiās crucifigeret. p te mortu⁹ ē: vt te a mortuis suscitaret. p te sepult⁹ ē: vt in te vicia sepeliret. hec ille. **Q**ui sepulture modū p̄dicit⁹ doctor cartusien vbi. s. c. lxxj. poit di. **T**ardate hora rogat **J**ohānes dñam vt permittat aptari et sepeliri corp⁹ dñi nri anteq̄ intret sabbatū. **I**tem ne ppter nūmā moraz possent a iudeis pati calumniā. **T**andē dñā tanqz grata et dilecta: et cogitās q̄ ipi **J**ohāni esset p filiū cōmissa: ampli⁹ p̄cedere noluit. ac signās et b̄ndicēs corp⁹: vt volebat aptari pmissit. **T**ūc vn̄xerūt corp⁹ et inuoluerūt i sindone mūda quā **J**oseph emerat: et ligauerūt illud linteis etiā alijs. s. sudario qd capiti adhibebat. et iustis seu fasciis qd totū corp⁹ alligabat. q̄ om̄ia etiā de lino erāt. et (vt credit⁹) nicodem⁹ attulerat. et cōdierūt corp⁹ aromatib⁹. sic p̄suerūt erat iudeis sepelire p̄sonas venerabiles. quē ritū acceperūt a p̄rib⁹ suis seniorib⁹. **D**ñā tñ sp̄ tenebat caput ipi in gremio suo. qd sibi reseruauit aprandū: et **M**agdalena pedes: apud q̄s misericordiā est p̄secuta. **T**andē sō **M**agdalena pedes lacrimis rigatos deuote abstergit: amplexat⁹ osculat⁹ et inuoluit: ac aptat fidelis qz melius nouit. **S**ic q̄ aptato reliquo corp⁹ respiciēte ad dñam vt ipa compleat. et om̄s planctū reincipiūt. **P**es em̄ sic amarissime flebant: vt vir quisqz eoz loq̄ posset. videbat em̄ matrē om̄i solatio destitutā. et sup illā dabant poti⁹ planctū qz sup extinctū dñm suū. **R**eincipe etiā et tu planctū si forte dimiseras eū. **T**ūc dñā vidēs q̄ ampli⁹ differre nō posset ponit vultū sup faciē filij et ex inundatiā lacrimaz multo magis lauit faciem qz magdalena pedes. abstergit autem et osculat⁹ os eius. et in quodā sudario caput ipsius inuoluit: et dñs

ecce quō
in singul
xps cruci
fix⁹ orat
p nobis

Mod⁹
sepulture
domini
narratur

gent aptat: et iterum benedixit eum et signat. Et tunc
omnes adorantes flexis genibus et pedes eius oscula-
Distancia res: accipiunt et portant eum ad monumentum. quod
sepulchrum a monte caluarie distat passibus. l. **D**ona tene-
bat caput et **M**agdalena pedes: reliqui ho-
erant in medio. **U**nus **A**nsel. Sequitur et tunc preciosissi-
mum celi terrorem: et porta vel pedes vel
manus: brachiaque sustinet. **T**erre defluentes mi-
nutatim preciosissimi sanguinis guttas curio-
sius collige: et puluerem pedum eius luge. **D**olorem
quem maria in exequiis filii sui toleravit: oliz
David in exequiis abner prefiguravit. **A**bner
a **J**oab fraudulenter interfecit erat. **L**ui in
fectionem rex **D**avid fereret sequens lugebat: sed
etiam alios ad plorandum incitabat. ita beatus **h**ugo
et alii devoti exequias christi deplanxerunt: et cor-
da sua intima compassione sciderunt. **E**rat autem
prope locum crucifixionis hortus et in horto monu-
mentum novum. scilicet ioseph sumptuose factum: et
in petra excisum. in uno lapide secundum quantitatem
hominis cavatum. in quo nodum quasi posset fuerat. in
quo sepelierunt eum reuerenter et deuote: flexis ge-
nibus: magnis singultibus et suspiriis validis.
et sic dominum vite dederunt sepulture mortis. **T**unc
(ut ait **A**ugustinus) ad illi exequias angelorum milia
milium decantabant. quod omnes conuenerant ad sepul-
crum domini sui. **I**lli cantabant laudes: sed maria da-
bat gemitus et suspiria cordis. **Q**uare autem in
alieno sepulcro sepeliri voluit: posuit **A**mbrosius. quod
ait. **S**aluator in aliena sepultura ponit quod per
aliena moriebatur salute. ut quod enim illi propria se-
pultura quod in se propria morte non habebat. **T**heo-
philus hoc dicit. **Q**ui domum in vita non habuit
pro morte quasi in alieno sepulcro recedat. et nudus
existens a **J**oseph opif. ut ostenderet abudantiam
pro nobis assumptam paupertatis. **E**t **A**nselmus. inquit
Pauper ita fuit christus ut non in sua sed in aliena
domo nasceretur: et viuens in hoc mundo non habe-
ret ubi caput suum reclinaret. nec moriens vnde
nuditate suam tegeret. nec mortuus vnde inuol-
ueretur: nec sepulchrum aut locum ubi corpus suum po-
neretur. **S**epulcro autem domino mihi est oculus corde am-
plexabat sepulchrum: et qua poterat voce benedi-
bat filium suum. ad sepulchrum sedens inixa illi ma-
nus extendebat. et desuper illud osculans amaro
nimis domino singultu deplorabat. **A**ccessit **J**o-
hannes: et lugens etiam ipse multum leuauit eam lu-
gentem. **E**t exiit omnes de monumento posuerunt
lapidem magnum ad ostium monumenti per clausu-
ra. **A**ppropinquante autem nocte dixit **J**ohan-
nes domino quod eis expediebat recedere. quod non erat
puerum ibi morari. vel de nocte ad ciuitatem
redire. **T**unc domina putat potest surgit et ad monu-
mentum genua flectit et ipsum amplectitur et benedicit.

**In alie /
no sepul-
cro volu-
it sepeliri**

Non cruciata gemitibus: fatigata doloribus: af-
flicta plorantibus nequebat stare pedibus. tamen sicut
poterat a mulieribus scriptis adiuta: cunctis ploran-
tibus filium cum ea cepit recedere. **A**utem autem conuenerunt
ad crucem: ibi ipsa genua flectit: et crucem adorauit
filius et omnes fecerunt. **L**ogitare itaque potes quod ipsa
fuit prima quod crucem adorauit. sic etiam fuit prima
quod filium natum adorauit. **A**dorata autem cruce ice-
debatur versus ciuitatem **H**ierusalem: sed pia domina
sepe sequebatur retro aspiciens per compassionem. **I**n
terribilibus autem illis ciuitatem multum videntes dominam
mori pietate super illi dolore ad luctum conuerter-
bantur amaram: et currebant vndique bone matro-
ne et mulieres ambulantes post ipsam: et associas
res eam per viam: et solantes ac etiam lamentantes eam.
Sed et boni homines per quos transibat compassione-
bus eadem: et mouebantur ad fletum. vndique fit plo-
ratus magnus et luctus. **N**am dolor eius multos
faciebat dolentes. vix lacrimas continere pote-
rant quicunque eam plorantem videbant. **V**idebat luctus
quocumque transibat maria. plorabat ipsa: plo-
rabant et omnes ambulantes cum ea. plorabant et mul-
ti venientes obuiam ei. **S**ic vix deducit a plo-
rantibus ploras quosque puerum est ad domum **J**o-
hannis. **A**utem autem ventum esset ad domum: tunc ipsa
vertens se versus illas dominas inclinavit se gras-
agans. **I**lle hoc inclinans se eadem valedixit: et
cum lacrimis recesserunt. **I**n domum ingressa
fletus et lugebat valde cum **J**ohanne et **M**agda-
lena ac sororibus suis. soluebat dolor amaras
lacrimas. **D**eplorabatque hoc filium suum mortem
nimis amarum in corde suo recolens: ac passio-
nis loca: et cuncta quod passus fuerat in animo vol-
uens. **H**ec omnia predicat doctor cartusien. **A**utem
autem deuotus predicator inquit: quod postquam piissima
hoc sepeliuit filium suum rogauit beatum **I**ohannem: quod
fuerat prius in omnibus locis in quibus steterat filius eius
postquam recessit ab ipsa **B**ethania cum iret ad
passionem: ut eam in eis duceret. et quod in eis fili-
us operatus erat vel passus fuerat: aperiret.
Sed breuitas causa prestat quo per viam euntes
